

SCRIPTA

Numéro Scripta : 7544

Auteur(s) : Philippe d'Harcourt, Bayeux (évêque)

Bénéficiaire(s) : Le Plessis-Grimoult, Saint-Étienne (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1147-1163]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe de Harcourt confirme la donation de l'église de Planquery faite par Roger Bacon au prieuré du Plessis-Grimoult.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Bourrienne Valentin (Abbé), *Un grand bâtisseur : Philippe de Harcourt, évêque de Bayeux (1142-1163)*, Paris, Naert, 1930, Pièces justificatives, n° XX, p. 151-152.
- b. Dupuy Hubert, *Recueil des actes des évêques de Bayeux antérieurs à 1205*, Thèse, École des Chartes, 1970, 2 vol. (dactyl.), n° 39, t. 1, p. 75-76.

Indications

Léchaudé d'Anisy Amédée-Louis, *Extrait des chartes et autres actes normands ou anglo-normands qui se trouvent dans les archives du Calvados*, Caen, Mancel (MSAN ; 7-8), 1834-1838, 2 vol., t. 2, p. 153, n° 1363.

Dissertation critique

Datation proposée par H. Dupuy (DUPUY, Recueil des actes des évêques de Bayeux, t. 1, p. 75). « Vers 1153, Bayeux » est proposée par V. Bourrienne.

Texte établi d'après a

Philippus, Deo gratia Baiocensis episcopus, omnibus sancte Ecclesie filiis, tam presentibus quam futuris, salutem. Provida veterum consuevit antiquitas litterarum thesauris includere quod ad posteros volebat absque erroris nebula pervenire, ne aliquando posset aut oblivione subtrahi, aut improborum hominum vexatione turbari. Nos vero, eorum providenciam insecuti, notum vobis fieri volumus quod nos ecclesie beati Stephani de Plaissicio et canonicis ibidem Deo servientibus ecclesiam de Planchereio totam, integre, cum omnibus decimis et omnibus aliis beneficiis eidem ecclesie pertinentibus, in elemosinam perpetuo obtinendam, concessimus ; quam videlicet ecclesiam Rogerius Bacon, in cujus feodo sita erat, pro pace Philippi de Columberis, fratris sui, quam pro morte Beatricis, neptis nostre, nobiscum iniit, nobis concessit et in manu nostra deposuit, et pro qua etiam idem Philippus de Columberis prefato Rogerio Bacon, fratri suo, excambium ad ejus voluntatem exsolvit, uterque vero eorum donationem quam, eisdem presentibus, de jamdicta ecclesia fecimus concesserunt, et tenendam perpetuo cum multa de eorum progenie juraverunt. Quod quia ratum et inconcussum esse volumus, sigilli nostri attestacione confirmamus. Huic vero donationi presentes affuerunt ; Herbertus, cantor ; Hunfridus, archicapellanus ; Willelmus, thesaurarius ; Patricius, archidiaconus ; Thomas, archidiaconus ; Renaldus, archidiaconus ; Rogerius, archidiaconus ; Robertus,

subdecanus ; Ricardus, succentor ; Galeranus, magister schole ; Willermus, sacrista ; Ricardus de Ros ; magister
Herbertus ; Johannes, filius constabularii ; Hugo de Sancto Georgio ; Willelmus de Brolio ; Willelmus de Homet ;
Guido de Rahana ; Guigerus ; Rogerius de Arreio ; Radulfus de Petrariis ; Gaufridus de Sancto Leodegario ;
Bartholomeus ; Gislebertus, nepos cancellarii ; Hunfridus, capellanus ; Engelger de Bohon ; Willelmus de Vernon ;
Willelmus de Homet ; Ricardus de Haia ; Radulfus de Haia ; Johannes de Solingneio ; Willelmus de Agnis ;
Herbertus de Agnis ; Henricus de Columberiis ; Willelmus de Columberiis ; Willelmus Brito ; Ricardus de Groce ;
Gaufridus Malerba ; Johannes de Vaucellis ; et multi alii.

Collation faicte. L. DUPONT. (avec par.) G. DUPONT. (avec par.)